



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Confessio Catholicae Doctrinae, Fidei Et Religionis, Venerabilis Domini ac
Patris Conradi Clingij, ordinis S. Francisci, Doctoris & concionatoris apud
Erfordiam in Turingia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

CONFESSIO CATHO-
LICAE DOCTRINAE, FIDEI ET
*Religionis, Venerabilis Domini ac Patris Conra-
di Clingij, ordinis S. Francisci, Doctoris &
concionatoris apud Erfordiam in
Turingia.*

Catholico Lectori gratiam & pacem in Christo.



TS Inecessarium haud
esset, amice lector, mea
ieiuna scripta hoc tur-
bulēto seculo in lucem
dare, cum absq; ijs vbi-
q; superfluat, abunde-
que fati librorum præ-
manibus sit, vndè suffi-
cientem Catholicus Lector instructionē ha-
beat, quid sibi vel credendum, vel facien-
dum, quomodò itē errores omnes ac falsam
doctrinam Ecclesiæ Catholicæ aduersantem
præcauere queat: ipsa tamen necessitate com-
pulsus sum hoc ipsum tentare, quô sectę men-
daces sua conficta mendacia in colla resorbe-
ant, coramq; vniuerso mundo confundantur.
Accidit enim, vt ego proximè transacto anno,
nempe 1554. graui secundum Dei volunta-
tem infirmitate grauarer, sic vt meum ex hæc
temporali vita decessum iam iam adesse pu-

CONFESSIO DN.

tarem. Ea tum res magno sectas gaudio affecta, ut nec potuerint meum hinc abitum expectare: verum ex proterua & inueterata aduersum me inuidia, ante tempus sparserunt rumorem aperte falsum, me conciones meas omnes ac doctrinas, quas iuxta formam ac morem Catholicæ Ecclesiæ, item ex mandato veræ & ordinariæ Potestatis, annis triginta sex Erfordiæ prædicâssem ac docuissem, reuocasse, & ab Ecclesia Catholica defecisse, atque ad suam damnatam sectam transisse. Cuiusmodi totum propterea ab ijs confictum confectumue est, ut veteres Catholicæ fidei Christianos ad suam partem traherent, aut certe ambiguos redderent.

Quoniam verò Deus odit mendacia, Ps. 5. neque mihi vnquam in animo statui, ex vnitatem Catholicæ Ecclesiæ me quoquam transferre: immò assidua mea petitio ad Patrem misericordiarum hæc est, ut me ob Christum dilectum filium suum, meum Dominum ac redemptorem, ab omni sectarum doctrina & proterua custodiat, causam hanc & eiusmodi falsi rumoris excogitatores Deo commendauit. Testificans etiam coram Deo & omni mundo, decreuisse me per Dei auxiliū apud Ecclesiæ Catholicæ vnitatem manere, neque me vllius sectarum doctrinæ & fidei, sacramentorum & cæremoniarum participem reddere

CONRADI CLINGII

dere, nec ea probare, multò minùs ad eas accedere. Idquò harum rerum gratia:

Primò, quòd sectarum doctrina, Glossatio scripturæ, vsus sacramentorum, absq; omni obedientia sublimioris potestatis, ex propria tâtùm peruicacia, præsumptione ac petulantia aduersus Ecclesiasticum & ciuilem magistratum sit, odioq; & inuidia propageatur ac velut per seditionē defendatur, etiamsi obedientiam præstare iubeat Rom. 13. 1. Pe. 2.

Deindè, cum nulla inter sectarios præcones vnitas sit, alio contra alium concionante, docente, scribente, hoc Lutericè, illo Zuinglicè, eo Osiandricè, isto Illyricè: cumq; iã Christus iubèat Ecclesiam audire, Mat. 18. Scripturaq; intellectu Catholico, non priuato, tractanda sit: ea propter quia nihil vnitatis reperio apud sectas, verum in Catholica Christi Ecclesia, per patientiam & constantiam suam hæresibus omnibus præualente: oro Deum, vt in Ecclesia sua Catholica, etiamnùm ordinarios à Christo Rectores, spirituales & secularem, Papam & Imperatorem habète, conseruet.

Postremò, certum mihi est, extra vnionem Ecclesiæ Catholicæ, neq; fidem, neq; opera, neq; sacramenta, neq; cultum Dei, coram Deo valere aut meritorium esse, propter aduersariorum contra Ecclesiam catholicã odi-

CONFES. DN. CON. CLING.

um atq; discordiã. Nunquã enim vult Christus sacrificium altaris absq; reconciliatione & concordia fraterna, Matt. 5. & Paulus I. Corinth. 13. ait: Si habuero omnem fidem, itã vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.

Quum item varia in me lata sint iudicia, velut qui contra Dei verbum, sacram scripturam, vsum sacramentorũ & cæremoniarum, fidei & operum, docuerim, ac valdè peruersè docuerim: Ob id ego cursim quasi in summa, quid de partibus istis omnibus à me doctum sit, obiter assignaui. Hoc ipsum qualecunq; legere possunt amici & inimici, iuxtaq; suum beneplacitum iudicare. Mihi sat est, quòd Christo & Catholicæ eius Ecclesiæ inferuiêrim, cui me etiam humiliter subiicio, vt corrigatur, sicubi à me erratum aut plùs minùsue quàm debuit, doctum aut scriptum sit.

Neque inficiàs eo, conguessisse me ex veteribus ac nouis doctoribus, quicquid vspiã inuenerim Christianum, verũ, Catholicum, & à probatis authoribus semper assertum, iuxta mandatum S. Ioannis Apostoli, I. Ioan. 4. Probate spiritus si ex Deo sint. &c. nã Antichristus iam nunc in mundo est. Paulus que

I. Thess. 5. ait, omnia probate:
quod bonum est, tenete.

DEVS CONSERVET SVOS.

Amplif.